Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31499
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



a melchisedech primo Sacerdote qui fuit Rex et Sacerdos et
omnes scripture nouj testamenti usque in diem hanc que est
+ anno? fere vij. post letare qui nidat xj. in tot xxxx. Inuenitur Sacerdotum
semp habuisse bonos orthodoxe fidei zelatores et sacer-
dotij amatores inter quos et quorj defensione clero velut
aurum inter metalla splendius refulsit Legitur denique in veri
testamento Circa annum tricentesimum ante nativitatem dni de
Alexandro magno qui ad esset gentilis et totum orbem suo
Impio subiecisset dum appropinquaret ierosolimam venit ei
obviam iadus Sacerdos pontificalibus induitus et reliqui
Sacerdotes cum eo legitimis stolis indui Et intuens Alexad'
pontificem pontificali stola insignem descendit de equo et
adorat eum solus et nomen dei tetragramaton adorauit et
pontifici veneratus est Et obstupuerunt principes exercitus
et iudificata mente regis putauerunt solus parthenius
quesiuit ab eo aut Sacerdotem iudee gentis adorasset Respondit
Non hunc adoraui sed deum cui principatum Sacerdotij gerit
Esse hoc fecit gentilis Sed dicat laicus Iste derisus est re-
pletus ad quid ei debent tanta bona O laice tu quis es
quid talia loqueris Nunquid tu consideras qui Colonus vel se-
nius Colon Calceator pauper uel sartor aut Seruus illorum
aut similium in ergastherio suo residens in labore te pertrahente
considerans te esse eminenciorem se dicit vel cogitat talia
vel similia et de te Videat ergo princeps baro miles ci-
tiaris aut plebeius ne dum iniuste cupit vel rapit aliena
iure perdat sibi legaliter et canonice concessa Quemadmodum